

APPENDIX
DE
V E N E N I S
C A P . I.
DE
V E N E N I S I N G E N E R E .

Thes. I.

 Vandoqvidem, inter corpora naturalia hactenus enumerata, nondum de Venenis dicendi locus concessus fuit, ideoqve eadem hic seorsim considerare placet. *Sunt enim quoque corpora naturalia mixta, per se & in se prorsus bona & incontaminata, qualitatibus tamen magis operosis & activis praे aliis corporibus prædita, eoqve nomine, quando quantitate & modo minus decenti applicantur, homini, aliisque animalibus noxia & deleteria.* *Venena quid?*

Thes. II. Sunt corpora naturalia mixta, e partibus heterogeneis, terreis, salinis & sulphureis aliisque composita; & qvidem mineralia, vegetabilia & animalia, ea que omnia in salutem hominis a Deo primitus condita.

F f f f f

Thes.

*naturalia
mixta.*